



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliae
aliquot piæ, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

Haimo <Altissiodorensis>

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1551

VD16 H 222

Feria vi. pentecostes

urn:nbn:de:hbz:466:1-39335

de his quemq; quibus ab eo discesserat, poenitere.
FERIA SEXTA PENTECO
stes. Matthei xij.

In illo tempore dixit Iesus turbis: Si ego in spiritu dei eicio demones, igitur peruenit in uos regnum dei. Et reliqua.



Ecce hic trinitas uel
 detur trinitas ap-
 pellata, quod fiat
 totum unū. Nam dū tria
 sunt, unum sunt: quia &
 singula in se manent, &
 omnia in omnibus. Pa-
 ter igitur & filius & spi-
 ritus sanctus, trinitas &
 unitas: idem cū unū, idē
 & tria, in natura unū, in
 personis tria. Vnum, p

pter maiestatis communionem, tria propter pso-
 narum proprietatem. Quod autem dicit [In spū
 dei eicio demones,] ostendit q; spiritus sancti co-
 operatione pater & filius operari credantur, Psal-
 mista attestāte, qui ait: Verbo dñi cœl firmati sunt,
 & spū oris eius omnis uirtus eorum. Quia ex pa-
 tre & filio procedit, i deo spiritus sanctus predica-
 tur deus, & substantiam eius habet. Neque enim
 aliud de patre procedere potuit, quam quod ipse
 est pater. Spiritus autem dictus secūdum id quod
 ad aliquid refertur, spirans & inspirans. utiq; &
 ex eo appellatus spiritus est. Proprie autem quo-
 dammodo dicitur spiritus sanctus, secūdū quod
 refertur ad patrem & filium, quod eorum spiri-

Psal 31

P iij

rum spiritus sit. Nam & hoc nomen q̄ spiritus dicitur, non secundum id quod refertur ad aliquid, sed secundum id quod aliquam naturā significat. Omnis enim incorporea natura, spiritus in scripturis sanctis appellatur. Spiritus autē principalis tamē in psalmo quinquagesimo legitur: ubi quater spiritus reperitur, nonnulli ergo intelligunt ibi trinitatem significari. in principali spiritu Patrem, in spiritu recto Filium, in Spiritu sancto spiritum sanctum [Et nōcō demones.] Demones a Græcis dictos aiunt, quasi daimonas, id est, peritos ac rerū scio. Præterea enim futura multa, unde & solent responsa aliqua dare. Hi ante transgressionem quidem cœlestia corpora gerebant, lapsi uero in aerem qualiter conuersi sunt. Nec aeris illius propria spatia, sed ista caliginosa tenere permitti sunt, qui eis quasi carcer est, usq̄ ad tempus iudicij postea uero igne inextinguibili sine fine cruciandi sūt.

Hic uel deest ali quid uel ab: dat. Hi sunt prauaricatores angeli, quorum princeps est diabolus. Ista ex parte subauditur, discretio spirituum manifesta cōprobatur ad consolationem credentium redendum est. Igitur peruenit in uos regnum dei. Hoc est, si creditis me in spiritu dei eicere demones, id est æqualem me patri in diuinitate credideritis, regnum dei uobis patet.

Mat. 3. 4 Regnum dei, scilicet illud sublime solium de quo in scriptura sacra canitur: **Mat. 21** Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Et item cōtra reprobos: Auferetur a uobis regnum dei, & dabitur illud genti facienti fructum eius. Et alibi ad discipulos: Regnum dei intra uos est, id est Christus qui est perfecta pars regni iustorum.

Lucę 17 Aut quomodo potest quisquam intrare

in dominum fortis, & uasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem. Et tunc domum illius diripiet. ¶ Aliam similitudinem uiri fortis inducit, sicut de regno & ciuitate prædixerat. Id est, quomodo dæmones eijcere potuisssem, si principem eorum consentientem, non uinctum, haberem. Siue simpliciter accipitur, quod fortis diabolus qui a Christo in cruce alligatus est, cuius domus mundus in maligno possit: uasa uero, homines sunt infideles, quos dominus ei subtraxit.

Qui non est mecum, contra me est: & qui nō cōgregat mecum, spargit. [Ac si diceret: Nō posunt opera saluari, Beelzebub operibus comparari, ille cupit animas tenere captiuas, hic liberat, ille prædicat idola, hic unus dei notitiam: ille trahit ad uitia, hic ad uirtutes, ille cōgregat ad unum dei notitiam, hic spargit suadendo multa inutilia. Siue, [qui non est mecum,] hæreticus infidelis semper resistens fidei, meæ. [Qui non congregat mecum, spargit,] ueritatem destruens, in multas diuidit hæreses. Moraliter, [Qui nō est mecum,] id est, q non est in mandatis meis, & uoluntati meæ resistit. [Qui nō congregat mecum,] qui suos affectus in amorem dei non collegit, in uaria mundi desideria spargit.

Ideo dico uobis: Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus.

Vt est illud, Hic non eijcit demones nisi in principe demoniorum. [Omne peccatum,] quicquid in filium hoīs dictum fuerit, p penitentiam remittetur. [Spiritus autem blasphemie,] quo blasphematur illud, per quod salus fit, [non remittetur.]

¶ Quicumq; dixerit peccatum supradictum contra filiū hominis, hoc est, qui uilitate carnis mee scandalizatur, dicens quod filius sim fabri & Mariæ & c. quauis culpa non careat erroris, tamen habet ueniam propter carnis s. uilitatem.

Qui dixerit contra spiritum,

qui manifeste intelligens opera dei, cū de eis negare non possit, pro inuidia spūs sancti dicit facta esse in Beelzebub, [neque in hoc seculo, neq; in futuro remittetur ei.] Ostendit aliqua esse peccata, quæ in iudicio p ignē purgatorium remittuntur.

¶ Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonū.] ¶ Concludit eos syllogismo: S (ingt) diabolus bona opera facere non potest, si autem bona sunt quæ cernitis, subauditur scire debetis, ut non sit diabolus qui ea facit. Neq; eīm fieri potest ut ex malo bonum, aut ex bono oriatur malum. Arbor enim bona, Christus est: arbor uero mala, diabolus est. Ac si dicat: O pharisei, ex me fructus bonus orietur, cum sanauero mundum. Ex uobis autem malus, cum me crucifigeis.

¶ Progenies uiperarum, quomodo potestis loqui bona, cum sitis mali? Ex abundantia enim cordis os loquitur.] Quasi dixisset, non fructus bonæ arboris ex uobis prodeūt, sed folia, hoc est, uerba solum, & non opera.

Bonus homo de bono thesauro profert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala.] Hoc superiori iungendum est. Quomodo bonus homo non profert mala, nec malus bona: sic non potest Christus mala, nec diabolus facere

bona. Et hoc in Christum & Iudæos subauditur.

Dico autem uobis.

¶ Ac si diceret: uerbum quod non ædificat audientes, non erit absque periculo loquentis: quanto magis uos qui opera spiritus sancti calumniamini, dicentes opera Beelzebub?

Omne uerbum ociosum &c.

¶ Ociosum uerbum est, quod sine utilitate loquentis & audientis dicitur: siue quod ratione & pietate caret, siue quod nec boni nec mali aliquid agit. reddet rationem.

id est, animam suam.

Ex uerbis enim tuis iustificaberis, & ex uerbis tuis condemnaberis. ¶ Id est, uel hic, uel in futuro. Per oris ergo locutionem dominus uersa, que uel actu uel facto uel cogitatu de corde proferimus, insinuat, que magis quam hominibus dicta, nuda & opera sunt oculis eius. Nam & mortis est scripturarum, uerba, p rebus ponere. Vnde Psa' 34. Plalmista: Dic, inquit, animæ meæ, salus tua ego Isâ 39. sum. Et Iezechias: Nō fuit uerbū, quod non ostenderem eis, qui utiq; rerū, & non uerborū Chaldæis reuelauit arcana. Itē Apostolus: Et nemo dicit dominum Iesum, nisi in spū sancto, pro eo ut diceret: Nemo dominū Iesum intellectu cernit, nemo uoluntate amplectitur, nisi per gratiā spiritus sancti.

1. Cor. 12

SABBATO POST PENTECOSTEN. Luca III.

In illo tēpore Surgens Iesus de synagoga, Introiuit in domum Simonis. Socrus autē Simonis tenebatur magnis febribus. Et rell.

P v